

Tapajós repertum benevolentissime exhibuit. Quum eum certiore facerem, ipsam nondum classificatam esse, inter nos conventum est, ut hoc nomine afficeretur. Neque flores, neque fructus vidi

(Barb. Rod. hb. Palm. 327).

7. B. umbrosa. — Stipite mediocri, altitudine 1^m,5-2 diametro 0^m,015, aculeato, solitario (raro 2-3,) frondibus interrupte-pinnatis; petiolo aculeato (aculeis compressis, ad extremam partem ferme nigris), invaginate, (parte invaginate aculeis parvis, aculeorum petioli similibus); foliolis 2-4-gregatis, quorum 4-5 fasces utrinque, apicalibus minoribus 6-7-aggregatis utrinque.

Hab. in edidis silvis ad fluxium Trombetas. Neque flores neque fructus vidi.

(Barb. Rod. hb. Palm. 331)

8. B. arenaria. — Stipite humili, inermi, vestito vaginis persistentibus frondium quæ sunt suberectæ, indivisæ aut interrupte-pinnatæ ab uno latere, bifidæ, cuneatæ; petiolo invaginate (vagina aculeata); spadice sub-erecto, indiviso; spatha inermi. -

Hab. in tractibus sabulosis ad origines fluvii Havinchá, qui influit in flumen Jamundá. Flores et fructus virescunt octobri. Crescit simul cum *Attalea agresti*.

(Barb. Rod. hb. Palm. 363)

9. B. marajá-y. — Stipite humili, inermi; tomento lanato-tabacino contecto; frondibus interrupte-pinnatis, vagina aculeata; foliolis 2-3-jugis, oblongo-lanceolatis, acuminatis; spadice 5-partito; drupa coccinea, inermi, diametro 0^m,007.